



Berico ob egregias uirtutes communi Sueonum & Gothorum consensu utriusque regni monar-  
cha circiter annum à diluvio octingentesimum tri-  
cesimum sextum (si recte Ioannes Magnus Vpsa-  
lensis archiepiscopus lib. i. cap. 14. suæ Gothicæ hi-  
storiæ supputat) constitutus fuit. Erat is annus mun-  
di 2493. Is cum uideret Septentrionalis Germaniæ  
populos ob sobolis multiplicationem diurna li-  
cetia maiori ex parte ad cædes & rapinas audacissi-  
mos factos, prudenti consilio statuit aliquos ex pa-  
tria in alienū solū allegare. Cum autem id armis effice-  
re non posset, facienda oratio et subditis persuasit, finiti-  
mos Esteones, Liuones, Finingos, Curetes, Vlime-

ringos, & alios ad Septentrionem populos bello petendos esse, quod manus  
suas non in ciuium sed hostium sanguine cruentaret, atque illorum terras occuparet.  
Haec sententia non tantum viris, sed etiam mulieribus summopere arridebat, ita ut ille  
armis assuetorum viros ipsos ad arma capescenda inflamaret. Itaque factum ut plures  
domo egredi que remanere proposuerint. Hisce sepe Berico rex ducem præbuit,  
atque Humulum filium suum primogenitum in paternis sedib. suo loco regem reliquit.